58, 4

eum quem amant mox inueniunt. dum transitur
quem non amauerunt: Absit enim ne fidelis quisque
qui deum uidere desiderat de mundi percussionibus lu
geat quem finiri eisdem percussionibus non ignorat.
Scriptum namque est quicumque uoluerit amicus esse
seculi huius inimicus dei constituitur qui ergo adp
pinquante mundi fine non gaudet amicum se
illius esse testatur atque per hoc inimicus dei esse con
uincitur. sed absit hoc a fidelium cordibus
ab his qui et esse aliam uitam per fidem credunt
et hanc per operationem diligunt; Ex mundi
enim destructione lugere eorum est qui ra
dices cordis in eius amore plantauerunt qui se
quentem uitam non querunt qui illam neque esse
suspicantur; Nos autem qui celestis patriae gaudia
eterna cognouimus festinare ad eam quantocius
debemus optandum nobis est citius pergere at
que ad illam uia breuiore peruenire quibus enim
malis mundus non urguetur que nostri tristi
tia que adversitas non angustat. quid est ui
ta mortalis nisi uia et quale sit fratres
mei perpendite in labore uiae lassescere et
tamen eandem nolle finire quod autem calcari
mundus ac despici debeat redemptor noster pro
uida conparatione manifestat cum protinus